LETTRE DU PAPE

VENERABILI FRATRI

EDUARDO CAROLO,

ARCHIEPISCOPO MARIANOPOLITANO,

MARIANOPOLIM

LEO P. P. XIII

Venerabilis Frater, salutem et apostolicam benedictionem.

Canadensium Ecclesiam, utpote Romanæ Sedi nullo non tempore addictissimam, dileximus semper ac diligimus. Quamobrem læto animo nuncium accepimus de primo provinciali Concilio Marianopolitanæ regionis propediem a te cogendo ; nimium enim perspectum est quales id genus cœtus utilitates nati sint parere religiosæ rei. Probasti autem Nobis observantiam tuam et caritatem quod agendo conventui auspicia ab Apostolica Sede ducenda existimaveris. Nos igitur, tibi de delato officio gratias habentes, Concilio ipsi et Episcopis universis in eo adfuturis cœlestium munera gratiarum ex animo adprecamur. Studiis autem vestris augendis secundo exitu ditandis apostolicam benedictionem tibi cæterisque Antistitibus amantissime impertimus.

Datum Romæ apud S. Petrum die XII septembris M.DCCC.XCV, Pontificatus Nostri anno Decimo octavo.

LEO P. P. XIII.

[TRADUCTION]

A NOTRE VÉNÉRABLE FRÈRE

EDOUARD CHARLES,

ARCHEVÊQUE DE MONTRÉAL,

A MONTRÉAL

LÉON XIII PAPE.

Vénérable Frère, Salut et Bénédiction Apostolique.

L'Eglise du Canada, en raison de son étroit et constant attachement au Siège de Rome, a toujours été particulièrement chère à No-